



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Catena Temporum**

**Andrian, Carl**

**Herbipoli, 1698**

Series VIII. Bella memorabiliora

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

Mexicum per Cortesium subigit Castellanus 1519. & Petrus Pazzarus Peruvia potitur 1525.

Lomellini Genuenses Patritij Tabracæ insulæ ad Africæ oram Domini fiunt an 1540  
Arabia felix à Solimaño occupatur 1570.

☉ *Sac: XVII. à 1600 ad 1698.* ☉

Abdemelechus Marochij & Fessæ regna suæ ditionis facit 1575.

Batavi in Oriente magnas insulas, & plures Regulos armis subigunt.

Bufferius & Xequus Marochi & Fessæ regis filij, Hametis Patris regna dividunt 1603.

Tartari ex familia Ta Scinga Sinarum regno potiuntur 1644.

Batavi à Lusitanis Brasiliâ expulsi 1654.

Tasilettus Fessæ & Marochi regna iterum jungit.

Æthiopum Reges nunquam interruptâ serie, adhuc perseverant, omnium fortasse antiquissimi.



**SERIES OCTAVA.**

**Bella memorabiliora à Christo nato ad 1698.**

☉ *Sæculum I. à 1 ab 100.* ☉

**A**ugustus Imperator ducibus Tiberio, & mox Germanico, rem Romanam in  
Dd Dal-

Dalmatia, Sarmatia, Pannonia & Germania prosperè gerit.

Corbulo sub Nerone Parthos & Armenos bello domat.

Hebræi ob Flori Procuratoris atrocitas & cædes à Romanis deficiunt, & hinc à Vespasiano & Tito ducibus Romanorum bello durissimè premuntur, & extinguuntur.

Agricola Dux Romanus sub Domitiano per Britanniam & Hiberniam arma circumfert, & plerumque feliciter: *Tacitus in vita*

☉ *Sæcul. II. à 100. ad 200.* ☉

Trajanus in Decebalum Dacorum Regem, ac postmodum in Scythas bellum movet.

Idem Trajanus Judæos in Cypro rebelles armis persequitur, mox contra Parthos felici, contra Arabes infelici Marte contendit. Rebelles iterum Judæos bello plestat Hadrianus.

Lucius Verus contra Parthos, Marcus Aurelius contra Marcomannos, bellum feliciter gerunt.

☉ *Sæcul. III. à 200. ad 300.* ☉

Picti & Scoti mutuis cladibus atteruntur. Imperatores Septimius Severus & Caracalla in Parthos & Britannos fausto successu bellum integrant.

Artaxerxes Persarum Rex post victum  
Aras

*Bella memorabiliora* 315

Arabum infeliciter movet in Romanos,  
à quibus ejusdem successores plerumque  
hoc sæculo victi.

Contra Gothos hætenus Romanis igno-  
tos pugnant Gordianus, Decius, & Clau-  
dius II.

Sub Diocletiano & collegis Cæsaribus,  
Asia, Africa, Sarmatia & Anglia in Europa  
bellis arsere.

☉ *Sæcul. IV. à 300. ad 400.* ☉

Romanorum Cæsarum bella civilia sub  
Constantino ejusque filiis.

Julianus in Gallia & Germania bellum habet.

Denuo cum Persis sub Sapore II. 350.  
diuturnum & atrox bellum, quo fractæ Ro-  
mani Imp: vires.

Iterum bella civilia inter Romanos sive  
tyrannos.

Romani pluries cum Hunnis, Aleman-  
nis, Gothis fere semper, victores signa  
contulere.

☉ *Sæcul. V. à 400. ad 500.* ☉

Gothi sub Radagisio, Alarico, Araul-  
pho, & Theodorico Regibus latè per Eu-  
ropam arma circumferunt.

Attila Hunnorum Rex, Dei flagellum cum  
300. armatorum millibus, Illyrico, &  
Thraciæ, Mæsiæ, Daciæ, Macedoniæ,  
D d 2 Thes-

Theſſaliæ, Germaniæ, Galliæ, Italiæ, bellum ſeu potius vaſtitate inferit.

Odoacer Herulorum Rex, Italiam armis petit.

Franci ſub Meroveo contra Gallos, Vandalos, Gothos, ſub Clodoveo, contra Germanos & Viſigothos bella gerunt.

Saracenorum nomen incipit armis in Aſia clareſcere anno circiter 500.

☉☉ *Sæcul. VI. à 500. ad 600.* ☉☉

Juſtinianus Belifario Duce Perſas in Aſia, Vandalos in Africa bello & cladibus atterit.

Eodem Belifario & Narſete ducibus Gothos in Aſia proſtigat.

Langobardicum nomen Italicis bellis inclareſcit.

Scoti & Picti cum Arturo Britannorum Rege ſæpè conſigunt.

Periæ ſub Cavade, Coſroë I. & Hormiſda III. Imperatoribus variâ fortunâ decertant.

☉☉ *Sæc. VII. à 600. ad 700.* ☉☉

Coſroës II. Rex Perſarum fædè lacerat Rom: Impe: ſub Phoca. Mox ab Heraclio pluribus cladibus atteritur.

Saraceni circa 637. latè per Aſiam victores ſub Heraclio & Conſtantino filio.

Saraceni inter Halys & Mahometis aſſeclas diviſi, bellum civile gerunt.

Angliæ

*Bella memorabiliora.* 317

Angliæ populorū bella narrantur à Beda  
Dagobertus I. Francorum Rex bellum  
habet cum Sclavis, 622. & 623.

Orientis Cæsares à Constantino Pogonato  
& Michaële Paphlagon: cum Bulgaris per  
sex fere sæcula aut bellum, aut suspectam  
pacem habuere.

☉ ☉ *Sæc. VIII. à 700. ad 800.* ☉ ☉

Saraceni occupant Hispaniã an: 713. inde  
bella adversus eos Pelagii, Alphonfi I. Froi-  
lel. Veremundi I. Alphonfi Casti Regū, inte-  
gro fere sæculo & plerumq; prosperè gesta.

In Gallia bella civilia Carolo Martello  
victore, mox ejusdem, contra Saracenos.

Pipini contra Saxones, Aquitanos &  
Longobardos bella.

Caroli Magni contra Longobardos in  
Italia, contra Saracenos in Hispania, &  
Saxones in Germania, arma felicia. *Com-  
mentitia autem videntur ea, qua de rebus con-  
tra Anglos gestis circumferuntur.*

☉ ☉ *Sæcul. IX. a 800. ad 900.* ☉ ☉

Dani Anglis molesti in Britannia.

Carolus Magnus bellum Saxonicum  
conficit, quod annos 33. duraverat, Græci  
Cæsares contra Bulgaros bella gerunt va-  
riã fortunã.

In Francia & Germania bellum civile fi-  
liorum contra Ludovicum Pium, & postea  
inter se.

Dd 3

Nort-

Nortmanni egressi è Dania an: 836. Galliam invadunt,

Saraceni in Italia & Hispania bellis furunt  
Bellade Imperio certantium in Italia usque ad Othonem I. Imperatorem.

☉ *Sæculum X. à 900. ad 1000.* ☉

Hungari, Germaniam, Italiam, Galliam populantur.

Nicephori Phocæ de Persis victoria sub Romano juniore.

Orientis Imperatores bellum habent cum Saracenis, Ruthenis & Bulgaris. Saraceni in Italia adversâ plerumque fortunâ pugnant.

Rodulphi, Burgundi, Hugonis Arelatensis Regis, & trium Othonum in Italia bellum inter se, nec non contra Græcos & Saracenes.

Turcæ vel in fine hujus, vel initio sequentis sæculi, Persas bello vexant.

☉ *Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.* ☉

Germanorum Cæsarum bella in Italia, pro Rom. Pontificis & Imperij dignitate, & in Hungaria, pro defensione Regum.

Nortmannorum in Italia, mox in Græcia & Sicilia arma felicia.

Græci Cæsares contra Bulgaros feliciter,

ter, infeliciter cum Nortmannis & Turcis bellum gerunt.

Belli Semina inter Genuenses & Pisanos 1050. cum hi partē Corsicæ illis ademissent.

Subactâ per Guilhelmum Nortmannum Angliâ, Gallix Regi Philippo I. natus est æmulus, bellumque quod primò Francos & Anglos collisit 1077.

Hispani contra Mauros arma prosperè tractant.

☉ *Sæcul. XII. à 1100. ad 1200.* ☉

Genuenses & Pisani de dando Corsicæ Episcopo contendentes, in bellum ruunt, quod ingenti animorum armorumque contentione, multos per annos vario eventu gestum est.

Græci Cæsares, cum Turcis Scythis, Serviis, Hungaris bella gerunt.

Eleonora Quinensis à Ludovico VII. Gallix Rege repudiata, fecundi, ejusdemque atrocissimi belli inter Gallos, & Anglos initium fecit 1152.

Turcarum Noradini, & Saladini bella, quibus Syriam & Ægyptum domuere.

☉ *Sæc. XIII à 1200. ad 1300.* ☉

In Anglia bella civilia inter Eboracenses, & Lancastrenses Duces, sub *Alba*, *rubraque rosa* nomine, quibus post 30. prælia trium Regum & plurimorum Principum

320 *Bella memorabilia*  
cipum cædes Henricus II. Angliæ Rex  
anno 5485. finem imposuit.

Tartarorum contra Persas & Saracenos  
toto fere sæculo bella prosperè gesta.

Fridericus II. Cæsar bello plerumque  
inglorio, Gueltorum & Gibellinorum fa-  
ctionibus revocatis, ab anno 1234. ad 1250.  
fædum in modum Italiam lacerat.

☉ *Sæcul. XIV. à 1300. ad 1400.* ☉

Bellum Anglo-Gallicum tertium, quo  
Gallia tantum non perijt, per annos ferme  
ducentos oritur 1336.

Bellum inter Venetos & Genuenses, per  
plura lustra, vario eventu gestum, cæpit  
anno 1350.

Rodolphus bellum cum Ottocaro Bohe-  
mo, Helvetiis, & Burgundis feliciter gerit.

Sicilia (post crudeles Vesperas) à Petro  
Aragonio occupatâ, illorum jacta sunt in-  
ter Gallos & Hispanos bellorum semina,  
quæ sopita sæpius, nunquam extincta post  
tria sæcula adhuc experimur.

☉ *Sæcul. XV. à 1400. ad 1500.* ☉

Florentini cum Pisanis, Veneti cum Me-  
diolanis Ducibus, Andegavenes cum Ara-  
gonijs armis decertantes, Italiã deformât,  
Angli cælitus prius ab Aurelianensi pu-  
ella

*Bella memorabiliora* 321

ella fracti, mox à Carolo VII. Rege pluri-  
es victi, totâ fere Galliâ pelluntur.

Ferdinandus Granatâ per vim potitur,  
Maurorum in Hispania regnû excindit 1485

Tamerlanis in Asia Turcarum Regum  
Amurathis II, Mahometis II, & Bajaze-  
this item II, in Asia, Græcia & Pannonia  
bella memorantur.

☉ *Sac. XVI. à 1500 ad 1600.* ☉

Caroli V. Impe. cum Gallis, cum Turcis,  
cum Mauris, cum Germanis Protestanti-  
bus bella vario eventu.

Bellum Belgicum atroci contentione ge-  
rendum oritur anno 1576.

Galli in Italia prius, mox inter se, civili-  
bus armis contendunt.

Henricus VIII, Angliæ, & Jacobus IV.  
Scotiæ Reges, Poloni & Moschi bello  
decertant.

Turcæ in Asia contra Persas, in Africa  
contra Ægyptios, in Europa contra Hun-  
garos, Marte plerumque felici belligerant.

☉ *Sac. XVII. à 1600 ad 1698.* ☉

Germani Cæsares contra perduelles, &  
Suecos in Germania, contra Turcas in  
Hungaria, Gallorum Reges contra Cal-  
vinianos in Gallia, contra Hispanos in Hi-  
spania, Italia & Belgio, Poloni cum Co-  
sacchis

facchis, Suecis, Moschis, Tartari, Turcæ cum Persis Moschis, Polonis, Hungaris bellum gerunt.

Sinæ à Tartaris domiti 1644. post bellum 20. ferme annorum.

Hungaricos tumultus, Teckelio incensore, sequutum est bellum Turcicum in Hungaria & Græcia 1683.

Ab anno 1688. magnâ Europæ parte in Gallos confederatâ, Christiana Respublica bellico arsit incendio, usque ad exitum anni 1698. quo Pax composita, Gallos inter & Confederatos.



## SERIES NONA.

Prælia & Præliorum eventus celeberrimi à Christo nato ad 1698.

☉ Sacul. 1. à 1. ad 100. ☉

**L**egiones Romanæ sub Q Varrone à Germanis cæfæ, novies. *Hac clades Augusto expressit lacrymas.*

Domitius Corbulo fugato Tiridate Armeniæ Rege, capta Artaxata comburit, & delet sub Nerone.

Suetonius Paulinus cæfis 80. Britannorum millibus Monam occupat 61.

Subacta est à Tito Hierosolyina, ubi undecies centena mortalium millia fame, aut gladio